e-codices

Poſcit eſcam auariter decipitur intra ſena auaritia ſua
Ille qui conſulte docte atq; aſtute cauet diutine uti bene
Licet partum bene. mihi iſtec uidet᷑ preda predatum irier
Ut cum maiore dote abeat q̄ aduenerit. ego ne ut qđ a me
Allatum ēē alienum ſciam celem: minime iſtuc faciet noſter demones
Licet atque ut gratum mihi beneficium factiſ experiar
Semper cauere hoc ſapientiſſimum eſt ne conſcij ſint ipſi maleficijſ
Suiſ. ego mihi cum luſi nihil moror ullum lucrum
Gri. Spectaui ego pridem comicoſ ad iſtunc modum ſapienter dicta
Dicere: atq; his plaudier: cū illoſ ſapientiſ moreſ monſtrabant
Populo: ſ; cum inde ſuam quiſq; ibant diuorſi domum. nulluſ erat
Illo pacto ut illi iuſſerant. De abi intro ne moleſtus lingue
Tempera. ego tibi daturuſ nihil ſum ne tu fruſtraſis. Gr at ego
Deos queſo ut quicquid in illo uidulo ē ſi aurum ſi argentum eſt
Omne id ut fiat cinis. De illuc eſt quod nos neq̄ ſeruis utimur
Nam illic cum ſeruo ſi quo congreſſum foret et ipſum ſe ſe & illum
Forti adſtringeret dum predam hr̄et ſe cenſeret interim
Preda ipſus eſſet preda predam duceret. nūc hinc intro ibo
Et ſacrificabo. poſt ibi iubebo nobiſ cenam continuo coqui.

PLEVSIDIPPVS TRACALIO.

Iterum mihi iſtec omnia itera mi anime mi trachalio
Mi liberte mi patrone immo potiuſ mi pater
Repperit patrem paleſtra ſuum atq; matrem. Tra repperit
Ple Et populariſ eſt. Tra opinor. Ple et mi nuptura eſt.
Tra Suſpicor. Ple cenſen hodie deſpondebit eam mihi queſo.
Tra Cenſeo. Ple quid matri eiuſ. Tra cenſeo. Ple qđ ergo cenſes. Tra qđ rogaſ cēſeo
Dic ergo quanti cenſes. Tra ego ne cenſeo. Ple aſſume q̄ ne cēſione ſemp̄ facias
Tra Cenſeo. Ple quid ſi curram. Tra cenſeo. Ple an ſic potius placide.
Tra Cenſeo. Ple etiam ne eam aduemens ſalutem. Tra cenſeo.
Ple Etiam patrem. Tra cenſeo. Ple poſt eiuſ matrem.
Tra Cenſeo. Ple quid poſtea: ēt ne aduemens complectar eiuſ prēm
Tra Non cenſeo. Ple quid matrem Tra nō cenſeo. Ple quid eam paleſtram
Tra Non cenſeo. Ple peri dilectū dimiſit: nūc nō cenſet cū uolo
Tra Sanus nō eſ ſequere. Ple duc me mi patrone quo lubet

LABRAX LENO

Quiſ me eſt mortalium miſerior qui uiuat alter hodie quem

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20228v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20228v)